

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

ROMA, Biblioteca Apostolica Vaticana (*I-Rvat*)

Reg. lat. 1146, f. 51v-55r

Transcription : Christian Meyer
(févr. 2006 – rév. nov. 2017)

51v-52v

<I.> Toni sunt octo...

<II.> Nec tamen minus inesse...

<III.> Elevationes autem et deposiciones...

52v

<IIII.> ¹Doricus, i. primus tonus, habet melodiam a mese et descendit ad lycanos ypaton. Ascendit vero ad nete diezeugmenon, habens finalem in gravibus in lycano sypaton, in acutis mese.

²Ypodorius, i. secundus tonus, descendit ad proslambanomenos, ascendit ad mese habens finalem semper in lycanos ypaton.

³Frigius, i. tercius tonus habet melodiam a paramese. Descendit ad ypate meson, ascendit <ad> netes dyezeugmenon. Habet finalem in gravibus in ypate meson.

⁴Ypofrigius, i. quartus tonus, habet descensum ad ypate ypaton, ascensum ad paramese. Habet finalem in ypatemeson.

53r

⁵Lydius, i. quintus tonus, habet melodiam a trite diezeugmenon. Descendit ad parypate meson, ascendit autem ad trite

I.-III. éd. Christian Meyer, Shin Nishimagi, *Tractatuli, Excerpta et Fragmenta de Musica S. XI et XII* (Turnhout : Brepols, 2011 ; Coll. ARTEM), p. 43-46.

IIII. ANON. Bernh. 51-58 ; Paris, BnF, Lat. 10509, f. 67v.

yperbolyon. Finales habet in gravibus, sc. parypatemeson, in acutis trite dyezeugmenon.

⁶Ypolydius, id est sextus tonus, descendit ad parypate ypaton, ascendit autem ad trite diezeugmenon. Finalem habet in parypate meson.

⁷Mixolidius, id est septimus tonus, habet melodiam a paranete diezeumenon. Descendit ad lycanos meson, ascendit ad paranete yperbolyon. ⁸Habet finalem in gravioribus, i. in lycanos meson, in acutis trite diezeugmenon.

⁹Ypermixolidius, i. octavus tonus descendit ad lycanos ypaton. Ascendit ad paranete diezeugmenon. Finalem habet in lycanos meson.

<V.> ¹Corde quedam finales dicuntur, quia in eis finitur omnis regularis cantus. ²Quarta corda secundum Boicium et quinta secundum Enchiriadem sunt finales primi toni qui dicitur protus, et secundi qui dicitur plagis proti, i. iunior primi toni. ³Quando plus ascendit cantus de primo tono super finalem cordam tangit octavam.

<VI.> ¹Primus tonus inchoat in quarta corda que est lycanos ypaton diatonicum et ascendit usque ad octavam est paranete | diezeugmenon diatonicus vocaturque authenticus protus, i. autoralis primus. ²Secundus autem in eadem inchoat et ascendit usque ad quintam, que est mese diatonicum et vocatur plagis protus, i. oblicus primus.

³Tertius inchoat in quinta corda, que est ypatemeson et ascendit usque ad octavam, que est netediezeugmenon diatonicus vocaturque authenticus deuterus, i. autoralis secundus. ⁴Quartus quidem in eadem ascenditque usque in quintam, que est paramese vocaturque plagis d<e>uterus, i. oblicus secundus.

V. MON. Prima corda (exc.).

VI. cf. Paris, BnF, Lat. 10509, f. 67v-68.

⁵Quintus et sextus inchoant in sexta corda, que est parypate meson, et ascendit quintus usque ad octavam, que est trite yperbolion, et vocatur autenticus tritus, i. auralis tercius ; ⁶sextus vero in quintam, que est trite diezeugmenon et vocatur plagi tritus, i. tercius obliquus.

⁷Septimus et octavus in septima corda inchoat, que est lycanos meson, et ascendit septimus ad octavam, que est paranete yperbolyon. Vocaturque autenticus tetrardus, i. auralis quartus ; ⁸octavus in quintam, que est paranete diezeugmenon et vocatur plagi tetrardus, i. obliquus quartus.

<VII.> ¹Proslambanomenos interpretatur adquisitus vel additus.

²Ypate meson, i. principalis principalium. Nam hec prima fuit antequam proslambanomenos adderetur. Eratque gravissima gravissim<or>um sono | vel magna magnorum. ³Parypate ypaton dicitur corda tertia quasi mixta. ⁴Ypate ypaton posita, i. subprincipalis principalium. ⁵Lycanos ypaton vocatur quod lycanos index dicitur, et quoniam in canendo ad eam cordam, que erat tertia ab ypate, index digitus inveniebatur, idcirco lycanos appellata est. ⁶Hoc quoque tetracordum, quia longioribus cordis formatur et graviolem reddit sonum, principale dicitur.

⁷Ypate meson, i. principalis mediarum cordarum. ⁸Parypate meson, i. subprincipalis. ⁹Lycanos meson, i. tertia mediarum. ¹⁰Deinde mese octavo ponitur loco. ¹¹Mese interpretatur media ideo <quia> inter septem et septem semper est in medio, et pro duabus accipitur cordis. ¹²Non ideo sedecim corde in bisdiapason reperiuntur sed quindecim, quia mese locum supplex est sextedecime corde. ¹³Paramese <i.> iuxta mesen posita. ¹⁴Trite i. tertia a mese, diezeugmenon, i. disiunctarum cordarum. ¹⁵Nam tamen duo tetracorda uno medio nervo interveniente sociantur.

VII. 1-22 cf. RREG. PRUM. XIV, 6-30

VII.10 deinde mese] diamese *cod.* | octavo] octava *cod.*

¹⁶ Sinemenon dicitur eo quod in paranete, i. ultima disiunctarum sit locata. ¹⁷ Nete diezeugmenon, i. inferior disiunctarum.

¹⁸ Trite yperboleon, i. iuxta nete hoc est iuxta nete excellentium posita. ¹⁹ Neteyperboleon ultima excellentium. ²⁰ Tres ultime corde acutissimum reddunt sonum.

54v

<VIII.> Quinque tetracorda, ypatemeson, sinemenon |, diezeugmenon yperboleon.

<VIII.> ¹ Dyatesseron ex 4 dicitur, non ea ratione quod ex 4 constet partibus, sed ex 4 sonis certo spatio inter se distantibus conficitur. ² Est diatesseron vocibus 4 [intervallorum], trium intervallum <...>, gravi acuti distancia. ³ Cum maior vox minorem vocem in se totam tenet, et tertiam partem minoris vocis <...> fitque in quarta corda.

⁴ Diapente dicitur eo quod ex 5 vocibus fit. ⁵ Est vocum 5, intervallorum quatuor, quando maior vox minorem precedit quantitatem, et superat[e] vocis medietate fit diapente [fit] in[ter] 5^{<a>} corda.

⁶ Diapason interpretatur ex omnibus <...> tonis, consonantiis semitonisque fit. ⁷ Ex diapente et diatesseron fit consonantia diapason.

<X.> ¹ Tonus vocatur quando maior vox minorem vocem totam possidet et eius 8^{<am>} partem, fit semper in secunda corda sicut a proslambanomenos usque ad ypate ypaton tonum resonat, quod dicitur in arithmetica epiogdus, i. superoctavus. ² Dividitur autem tonus in duobus semitoniis non quod semitonia ex equo sint media, sed quod semitonium dici solet, quod ad plenam mensuram non pervenit.

VIII. 1-7 cf. RREG. PRUM. XV, 3-12

X. 1-2 cf. RREG. PRUM. XVI, 1-5

VII.20 acutissimum] acutissime *cod.*

VIII.1 sonis] partibus *cod.*

<XI.> ¹ Et nota quod iste versus ad planum cantum sequuntur et non ad regulas prescriptas.

² *Re la* in primo verso scribitur. *Re* servit ad finem cuiuslibet antifane primi toni et *la* servit ad principium seculorum primi toni et sic de ceteris notulis | in aliis tonis, sicut patet in hiis versibus :

³ Est primus tonus *re la*, *re fa*que secundus.

⁴ Tercius est tonus *mi fa*, *mi la* quoque quartus.

⁵ Est quintus tonus *fa fa*, *fa la*que sextus.

⁶ Septimus erit tonus *ut sol* ottavus et *ut fa*.

⁷ Et nota quod isti versus sequentes docent qualiter psalmus *Magnificat* et psalmus *Benedictus* debent incipere, ut habetur in primo versu subscripto *fa sol la* et deserviunt *fa sol la* pro primo et sexto tono quia unam et eandem habent inceptionem et non variationem in <in>tonacione psalmorum, et sic de ceteris notulis in aliis tonis, sicut patet in hiis versibus :

⁸ Primus cum sexto *fa sol la* semper habeto

⁹ Tercius octavus *ut re fa* sicque secundus.

¹⁰ *La sol la* quartus *ut mi sol* sit tibi quintus.

¹¹ Septimus est *fa mi fa sol* sic omnes esse recordar.

¹² Et nota quod isti versus sequentes docent quot variationes quilibet tonus habet, ut patet in versus :

¹³ Primus dat novem binas retinetque secundus.

¹⁴ Tercius sex prebet quartus quoque dat tibi novem.

¹⁵ Tres prebet quintus, unam sextus manifestat.

¹⁶ Septimus et septem dat octavus tibi quinque.

XI.7 primo et sexto tono] primus et sextus tonos *cod.* | unam et eandem] unum et idem *cod.*

